

hanc ob causam de singulis virtutibus, ut de iustitiae studio S. 81. de rustico industrio studiumque ponente in agro suo colendo S. 45. de ciue, qui in ciuibus suis emendandis elaborat S. 71. Cum autem ἀρετή sit res expetenda, et per se, vnde τὸ ἀγαθὸν εἶναι Honestas S. 25. et propter utilitatem, ἀγαθὸν valet id quod utile adeoque expetendum est, ut ὅ, τι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὅ, τι κακὸν Quid et expetendum et fugiendum sit S. 55. add. S. 14. 23. ἡδοναὶ ἀγαθαὶ Voluptates bonae h. e. expetendae, ob utilitatem in percipientes redundantem S. 49. add. S. 54. Vnde ἀγαθὸν Utilitas S. 30. add. S. 74. id. qu. ὠφέλεια et is, qui improbitatis poenas datur, dicitur ἀγαθὰ πάσχειν h. e. utilitatem inde percipere S. 32. et res quaeque, quae dominum atque possessorem suum reddit, certe reddere creditur, felicior, quam est illa absente: bonum, in cuius possessione felicitas humana censetur. Sic τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις sc. ὄν Id quod est et esse existimatur maximum hominibus bonum S. 7. πάντα ὅσα ἀγαθὰ εἰσιν Omnia in quae nomen boni cadit S. 62. Vnde Sapientia, facultas bene dicendi, prospera corporis valetudo, pulcritudo, robur, diuitiae et alia vitae commoda et ornamenta dicuntur τὰ ἀγαθὰ S. 7. 23. etcc. Tum et omitti solet, ut οἷόν ἐστιν ἡ ὑγίεια Quantum bonum sit prospera corporis valetudo S. 35. Bona homines felices reddunt, vnde qui iis fruuntur, dicuntur ἀγαθοὶ h. e. felices S. 52. e. 53. opponuntur κακοί v. Κακός. Ad bona hominibus paranda quum plurimum artes conferant, ἀγαθὸν τῆς τέχνης est bonum et commodum, quod praestat ars societati humanae S. 7. *κοινὸν ἀγαθὸν ἅπασιν Omnium interest S. 61. *τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακὰ sc. ὄντα Quae neque bona neque mala sunt: res in quibus neque nomen boni neque nomen mali semper cadit, quae vsu vel bonae vel malae fieri possunt S. 23. 24. vbi Socrates explicat per ἃ ἐνίοτε μὲν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, ἐνίοτε δὲ τοῦ κακοῦ, ἐνίοτε δὲ τοῦ οὐδετέρου dicuntur alias μέσα et ἀδιάφορα. v. Gell. Noct. Att. 2, 7. et Cicero ἀδιάφορον definit per quod est indifferens cum aestimatione mediocri. v. de Finn. 3, 16. *πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τὴν πόλιν